

maluerunt. Credibile est, piersaque tribus non nimis laxè habitavisse, cùm tot passim reliqui essent Chananei. Et tamen gentem, cùm ab hominum multitudine, tum à re pecuniaria copiosissimum suis sedibus, atque possessionibus recipere, sibique urbes atque agros, que illis attribuant, detrahere maluit, quām ut à Deo tradita religiois iuri mutari aut pollii ab illis pacis tribibus sinant. Quippe non ignoravant, vel privatim admissa facinora, prae tertius autem fedas religiones, nisi aut emendentur monitis, aut vindicentur à magistratu, non modo privatis, sed publicis etiam expari solere calamitibus à ecclesiis judice. Hoc enim adjuncto exemplo ita esse docent. Jam verò illi, structa ará, non solum in Deum, verum etiam in Ecclesiam ipsam injuriosi fuisse videbantur, quia religionum confusio dissipat Ecclesie consensionem, quod eus dissipatum insigne, et sine qua nulla esse potest.

Vers. 20. — NONNE ACHAN FILIUS ZARE PAVRAT SCULUS? etc. Hoc exemplum referendum est ad versiculum decimum octavum. Nam decimus nonus per occupationem est interpositus. Est autem hoc argumentum à minore. Si Achan, cùm fecisset sacrilegium, non solum est extinctus, sed indignatus est Deus universe Ecclesie, quid futurum existimat, si vos, tantus hominum numerus, tam graviter peccaveritis in Deum? Graeci, quos partim sentens est Latinus, ut hanc argumentandi rationem facerent planiorem, ita converterunt postremā versiculi partem, ut in duas didiscerent verborum complexiones, sed quarum utraque dicta sit sacris verbis praeceps. Priorem enim finiunt nomine, *υντος*, ibique deesse statuunt, verbum ὅρασθαι, *fut.*, in alterā autem desiderari dicunt, *solen*. Pleno igitur perfecteque sic dicendum existimat: *Et ipse vir natus fuit, nam expiravit per suum peccatum solus*. Hac sententia videtur etiam R. Davidi Kimhi pugnare. Nec satis cum verbis hebraicis pugnat. Sed quod nos expressimus, simplicius certè est, et satis opinor planius. Latinus voculam, *Nō*, per quintam vocalēm legit, ut optandi adversum sit. Sed nihil ejus sententia discrepat à nostra. Ceterū que ad Achanem attinet, sunt ea pertinacata à nobis capite 7.

Vers. 22. — POTENS DEUS DOMINES, POTENS DEUS DOMINUS, etc. Defensio est ista reorum, fatidum quidem aram à se esse structam, sed legitimè, aut negantium se ejusmodi aram posuisse, cuiusmodi accusantur, hoc est, in quā novis sacris operando, patriam religionem via-

lare, alienisque ritus eāre in animo habeant, aut potius larum rationum utrūque sese excusantum. Diximus supra, istas tribus magna pietate, et animo adversis Deum grato, gesientes, domum revertisse, aramque istam posuisse. Ex illa igitur tali affectione haec tam vehemens, ut sie dicam, abjuratio objecta impotatis nascitur. Nam cùm ipsa trium praecepsorum Dei nominum congeries, maximum per se habet pondus, tum id in immensus augetur etiam per ἀπόδειξην, quā illa repetuntur, tanquam nullis orationis satis presentem sua integratitatis atque innocentie testem Deum sistere possint, quamvis cupiant maximè. Quod magis admiranda est sanctissimorum virorum modestia, qui nullā eum indignatione, nullo mutuo convicio, seu placide, quiete, sedatè refluent atrocissimum erimon, à quo tan fure alieni, ut cā ipsā mortione, quā in illis suspicione incidentur, ipsum à se, atque sū in perpetuum posteritate avertore prohibere, quae essent consit. Quod exemplum utram diris istis temporibus multi homines, ut appellantur, Christiani, quorum vel maxima, pro suo iherorum loco et dignitate, deberet esse moderatio, imitarentur, neque suos adversarios impis maledictis lacrarent lobientis quām firmis argumentis modestè docerent, aut erēt confutarent!

Ceterū iurandum, quo Deum appellant, suam isti declarant innocentiam, tum deum adhibere fas est, cùm factum aliquip incertum est, et in hominum animis clausum latet, ut est divinis sanctum legibus in Exodo, praesertim si res magna agatur. Nam in levissimis causis Deum continuò appellare, prater tanti numinis maiestatem esse videntur, neque perjurii pericolo caret consuetudo, atque adeo eum praecepto illo pugnat: *Non assumes nomen Dei tui in vanum*, Deut. 5, 11. Sed reverenter atque religiosè in gravibus justitiae causis usurpare Dei nomen, id verò colere Deum est, atque credere, ei omnia esse cognita perspectaque, ipsiusque vera iurantes premio, falsa penitus allicere. Unde Isaías, cap. 10, v. 18, cūm fore aliquando prædiceret, ut quinque Egypti urbes Deo nomen darent, dicebat illas iuratas per Deum exercitum. Et alibi de gentibus agens, quā olim culture Deum essent, sic loquente Deum facit: *Misi curabitur omne genu, jurabit omnis lingua*. Sed nihil opus est plura exempla adjungere, sunt enim sexcenta. Ex quo illud efficitur, ullam omnino rem in præter Deum iurare, speciem esse falsi

cultus, cùm nulla pro Deo coli possit. Et huc spectat illud Deuteronomii: *Nomen illius iurabis, non sequenti deos alienos*. Et: *Jurat nomen illius; ipse est laus tua et Deus tuus*. Hinc etiam Socrates, cùm popularium stiorum deos teatè rideret, jurare solebat quercum, hircum, canem, ut ait Tertullianus. Igitur dum iste tribus Deum suę innocentie testem appellant, non solum se purgant per inflectionem, sed simul re ipsa declarant, patriam se religionem colere, neque aliam fœdum admisisse. Sunt autem qui tria illa Dei nomina, יְהוָה יְהוָה יְהוָה, sic interpretantur, quasi primum postremumque rerum Deum, at medium *falso* deos significet, atque hoc dignissimi positione casu sit, hoc sensu: *Deus Deorum Iehova, sive Dominus*. Is enim ex quadam vulgi consuetudine natus loquendi mos est in sacris litteris, ut Dominus Deus vocetur, Deus deorum, quamvis certissimum sit, nullos esse alios, preter ipsum, deos. Sic enim scriptum est in Deuteron. : *Quoniam Dominus Deus vester, ipse est Deus deorum, et Dominus dominorum*. Sunt autem inter Hebreos, qui Deum esse deorum interpretantur, quia angelorum Deus est, atque principum virorum quoque. Sed illa, quam nos vertendo expressissima sententia, hoc certè loco et verissima est, ut mox ostendemus, et veteribus Hebreorum probatur, atque etiam Latino, Aquila, Symacho.

Observarunt autem Cabalisticæ, philosophi apud Hebreos non sanè prorsus vani, neque semper superstitionis, sed sapientiam arguti et fructuosi, illi, inquam, observarunt reos istos appositiōnē ad se prorsus purgandum hisce tribus nominibus appellasse Deum testem. Sed adscribam ipsa eorum verba, ut certè ea latine assequi poterem, ex eo libro quod Portam lucis vocant; sunt enim ad hunc locum illustrandum utilia. Igitur, scito, inquit, ipsam causam poposcisse, ut Rubenite, Gadite, et Manassenses, tria illa Dei nomina, *Elohim*, *Iehova*, simili prominentur. Debebant enim *Elohim*, hoc est, fortē, sive potentē, dicere, quia hoc nomine mysterium benignitatis et clementiae divine continetur. Debebant etiam *Elohim* appellare, nam istius nominis notatio ad judicium et poenam spectat. Denique oportebat quoque ut nomen *Iehova* usurparunt, quia haec appellatio justitiam Dei temperat elementis et benignitatis æquitate, atque inter superiores duas appellatiores voluti conciliatrix media est. Itaque si rem totam explicem, sic illi dixisse vide-

Porrò illud: *Et Israel sciit, minimè est ex supervacaneo ali illis additum*. Plerique enim, quod præsens fauit alterum horum in de se

judicium, p̄enamque evitent, Deum ut sue innocentem conciūm testem atque etiam vindicem appellare non dubitant, neque vereruntur, sed per hypocrisi modo, ut ejus in vindicando truditatem atque cunctationem contemnunt. Ejus igitur malitia suspicione à se removent illi istis verbis, cū dicunt, non solum Deum ista scire, qui introspicit in hominum animos, sed fore aliquando tempus, cū universis Israelitarum cœtus luculent intellegit, se nihil minus quam defectiōnem, aut sacra aliena cogitās, nimis rū quando omnes animadverēt, magnā ipsō constāti majorum suorum religionem tueri.

Quæ porro deinceps sequuntur: *Si per rebellionēm, aut si per defectiōnēm à Domino, etc.*, ipsi verborum constructione obscures sunt. Non enim facili animadverēt quivis, quō spectet illa apostrophē similē et parenthesis: *Non seres nos hodiē, quam ex vehementissimā animi perturbatione effundunt illi potius quam pronuntiant, cū audiat defectiōnēm abominantur, neque tam atrox crimen repetitis verbis nominare sustinent, nisi continuo cā conditiōne sese devōvō, illud à se rejeicunt.* Itaque Deum, secundā personā, tanquam præsentem, appellant, et quasi animi sub brachis ampli, eum precantur, ut se illiē perdant, si tam improbi sint. Minus sc̄tē igitur, ut à septuaginta Interpretibus, ita à Latino eos sc̄tē, pro secundā personā redditā est teria, cū multō major in illa quam in hīc sit emphasis. Sed isti verba sacra, ut præcisē dicta, acceperunt, cū non putarent, per interpositionem quelam esse scripta, et nonnulla de suo addiderunt. Posset quidem, fateor, illud: *Ne seres nos hodiē, ad Phineem, tanquam legatiōnis principēm, dictum videtur, hoc sensu: Non deprecarū, quin vel hodiē nos bello invadas, et legas agas, et si facies patravīs. Sed altera illa sententiā, quam exposuimus, tantis respondentium affectibus, quoniam universi oratione præ se ferunt, magis congruit, atque etiam ab Hebreis probata est.*

Vers. 25.—*STRUXIMUS NOBIS ARAM, UT DEFICEREMUS, etc.* Verbum infinitū ἔθετο, reddidimus per finitū. Ille enim modus, ut grammatici tradunt, ceterorum omnium modorum vii habet. Nam aliqui verbum aliud suggestendum fuerit, sicut dixi Septuaginta atque Latinum fecisse. Continet autem iste versiculus arę velita definitionem, ex quā pendet causa universa. Erat enim hac accusatio, quōd aram struxissent

lege prohibitat, cāque re defecissent à sacri cœtis communione. Jam verò illi eas solas aras contra legem ponit definitiū, que faciendi sacrificiis extruantur, hanc autem ejusmodi non esse. Commemorant autem tria p̄incipia sacrificiorum genera, pro exteris omnibus. Primum est *Ola*, quod ab ascendendo dictum, sole græcē vocari δέκαστον, et δέκατον, quasi solidū sacrificiū dicas, quia ignis vicimā totam absumentat, atque sursum in colum per flammam fumumque auferat. Iujus lex prescripta est in Leviticus capite primo et sexto. Alterum est *Minha*, hōc solent interpretari, *manus*, quod Deo adducitur videlicet. Nam videtur à verbo πέμπειν, quod ducere significat, dictum esse. Sed si *ferunt* vocaveris, propriū rem expresseris. Erat enim ex simili et oleo confectum hoc sacrificiū, qualia liba Græci vocant κίνητα, teste Athenaeo. De eo scriptum est capite 2 et 6 Leviticus. Vocatur quidem etiam Abel's victimæ ex ovi oblate hoc nomine à Mose, sed per cathechesin. Tertiū genus est τὰ οὐρανά, et pro felice rerum successu, bonique fortuna oblate sacrificiū. Hæc cruenta quidem erant, sed nihil præter adipem, omentum, lactes, renes, et jecoris fibras dabatur flammæ reliquam carnem lati absumentib⁹ epulo sacrificantes. De his victimis agitur capite tertio Leviticus. Verbum πέμπειν propriū quare significat. Sed quia se p̄e questiones exercentur, ut merite possint pone sumi, factum est, ut pro *vindicare* usurparetur. Sic apud Job scriptum est: *Ut vindices maleficium meum, et animadverteas in peccatum meum.* Similiter alii in locis non rarō.

Vers. 24.—*ET SI NON POTIUS PRE SOLlicitudine REI ID FECIMUS, etc.* Ut sunt in refellendo criminē nefario vehementissimi, non satis habent, refutasse id, cuius accusabuntur, nisi etiam ostenderint, factum sum proorsū cum accusatione pugnare. Continebat enim accusatio, ipsos Ecclesie Dei concessionem, novārā posidit, dissipare voluisse; at illi hīc omnem suam strenuē illiū arę motiōnem spectasse docent, ut non modū apud se, verū etiam omnem suam posteritatem perpetuō retineatur religionis atque sacrorum omnium communio cum cœtu, qui trans flumen est. Neque ab hoc se exclusum esse interlabēt aquā, illa unqā actas suorum posterorum possit persuaderi, cū videat existamē trans flumen aram, in confini ripā, ejusdem unius religionis monimentum, à majoribus suis, hoc est, à nobis, cā

de causā constructum. Nomen, πάντα, sollicitudinem ex metu male rei natam significat. Quæ sollicitudo, si rationem non minis perturbat, sed ad evitanda modū adversa excitat, ut hic, cautionem parit. Recte igitur Septuaginta εἰδέναι sunt interpretati. Esi enim εἰδέναι, ut Stoici definit, τὸν κακὸν εἴδεις ξένος. At Latinus, qui, cogitationem dicit, parum plenē vim verbū expressit. Verbum infinitū, sive gerundi, πάντα, interpretor, reputando, quia Hebrei se p̄e dicendi verbum, pro cogitare atque apud animū suum statuere, ponunt. Adverbium εταῖς significat tempus futurum εἰπεῖν. Illud: *Quid vobis rei est cum Domino?* si verbum pro verbi reddas, erit: *Quid vobis et Domino, quo modo etiam Graci loquuntur;* dixit enim Demosthenes: *Ti νόμον τοι βασίζεις; quid legi cum quasitio? Similiter Christus apud Joannem locutus est, cū diceret: Quid mihi et ibi, mulier?*

Vers. 25.—*CUM TERMINUM POSUERIT DOMINUS INTER NOS ET INTER VOS, etc.* Existimant plerique ista ad terrae promissio descriptionem spectare, cuius terminus ab oriente cū Jordani sit constitutus, non mirum debeat videri, si qui his limitibus seculis ab illa habitant, hi olim ab ignara rerum prisacrum posteritate existimantur ab iis quoque sacris, auctore Deo, exclusi esse atque abalienati, quibus ipse peculiariter in illa terra colli voluit. Et haec sententia nobis quoque probatur. Sed cā tamen illud non efficitur, regionem, ut sic dicam, c̄isjordanianam, non esse terræ sanctæ partem, sed à veteribus promissi prorsū alienam. Loquuntur enim ista jam tribus non de ipsā re, sed de posteriorum falsa existimatione. Sic enim fieri plerisque assolet, ut sequens actas majorum suorum dicta, facta, instituta, monumenta denique omnia malè interpretetur, et quidem tantò libentib⁹, quāto minus, ut eorum religiosam integratitatem et moribus sequatur imiteturque, potest animū inducere. Ei igitur malo, hoc est, ne ex illa terra sancte descriptione olim dissidium religionis oriatur, ire obviā se per structam aram voluisse respondunt haec tribus, tanquam per publicum communionis omnium sacrorum monumentum, quā communione, qui ultra citraque Jordaneum habitant, Israhela inter se sunt conjuncti. Nam partem in Domī habere, est, esse populum Domini, et in eorum numero, qui thesaurum benignitatis ipsius, ut heredes, participant, sive, ut Chaldeus interpretatur: *Inter quos est verbi divini communitas.* Non est ergo mirum,

si Petri animū vehementer permovit Christus paucis illis verbis, cū diceret: *Nisi lacero te, non habebis partem meam.* Tum et illud perspicuum fit, quantam defectiōnē instituerit, qui in Regum historiā exclamabant: *Non est nobis pars in Davide.* Cæterum timere, sive reveri Dominum, et si animi modū cultum in tunc videatur, tamen ad ritus quoque, et universit ad omnem cultum pertinere solet in sacris litteris. Neque enim, ut hi c̄isjordaniani, tanquam homines alieni, prohibiti fuissent ab arā Dei, atque a sacrario, illa tamen vi ipsorum animis afferrī potuisset. Sed ita est mortaliū ingenium, ut admīnūcūlū opus habeant, quibus humi stratas mentes suas erigant intendantque in colum. Quod propter plerique evenire videmus, ut ubi sacri ritus exercitiorumque negliguntur, quem vocant cultum externum, ibi animorum quoque religionem sensim labescere, minū, exolescere; contra verō, tum maximē pietatem, atque religionem versari in animis hominum, quando rebus divinis operam dant. Recte igitur, si ritualis olim cultus impeditatur, colligunt, simul spiritualē, ut sic dicam, hoc est, animi pietatem sublatum iri. Sed hoc quoque recte opinor, dicator, *timoris verbo*, in veteri lege, idē omnem cultum subiecti, quia tunc coelant homines Deum ut servi dominum, per timorem et metum; at nunc, novā lege, ut filii parentem, per amorem, quod à dī Paulo se p̄e expositum est. Unde illi Mōsis, haec Christi lex vocari solet, quarum utriusque conditionem paucissimis expressis verbis idem Paulus, cū diceret: *Lex spiritis vite in Christo Iesu liberavit me à lege peccati et mortis.* Rursus: *Non acceptatis spiritum servitū iterum ad timorem, sed acceptatis spiritum adoptionis, per quem clamamus: Abba, pater, qui est quidem unus idem spiritus, sed alter ille in tabulis lapidis, ut ait Augustinus, timorem, hic in tabulis cordis, charitatem atque amorem exitat.*

Vers. 26, 27.—*PROINDE DIXIMUS: AGITE FAMILIAS, UT STATUAMUS NOBIS ARAM, etc.* Particula, ητο, se p̄ehortandi est potius quā instantis temporis adverbium. Verbo, πέμπειν, subjiciuntur victimæ cruentæ, illæ tamen etiam τὸν βόον quod libi genus esse dicebamus nuper. Neque enim cum doctoribus hebreis et eorum explānatores Maimonio sentio, qui πάντα, inter πάντα, hoc est, oblationes, non annunciant, sed sola quatuor cruentæ sacrificia, quæ sunt λύχνος, holocaustum, et βοῦς, pacifica,

aque תְּמִימָן, et בְּשָׁנָה. Sed ista sunt alterius loci

VERS. 28. — ASPICITE FIGURAM ARE DOMINI, QUAM FECERUNT PARENTES NOSTRI, etc. Sic sacro-sancta Ecclesia nobis ante oculos ponit crucis Christi figuram, cuius venus atra fuit adumbratio, non ut eam adoremus (1), sed, ut dum aspicimus, in memoriam redeamus vere illius et salutaris atra, in qua sacerdos secundum ordinem Melchisedech, Deique Filius, se ipse gratissimam Patri pro nobis victimam obtulit, atque ad eamdem nostras quoque hostias, spiritum contritum, et mentem humilem, fractamque, atque fructum laborum nostrorum afferre nos debere intelligamus. Simulque ut ea figura adversus hostes nostros non aspectabiles, qui nos corporis delicie distractos, à Dei cultu prohibere student, testis nobis perpetuo adiut, et nos moneat, partem nos habere cum erucifixo, atque ad ipsum nolis trans Jordaniem, et ærumnarum aquas esse, religionis gratia accedendum. Quod enim aliud queso, si non hoc mysterium, in causâ fuit, cur tantam

(1) In his verbis videri posset notabilis et perniciosus error, cum Alphonsus in opere contra heres pro loco, contra Claudium Taurinensem et Joannem Wielder, defendat erucem Dominicam esse adorandum. Sed quia adorandum vocabulum analogum et variabile significacionem admittit, meminerit lector hunc locum ex mente auctoris intellectum nihil offensionis habere. Cum enim homines diverse à nobis religionis et ipsius clarament à nobis adorari erucem, cum dieimus: *O crux, ave spes uita*, Masius qui inter hos homines versatus est, catholicae fidei amantissimus, paucis contra eos notavos nos erucem non adorare, hoc est, non exhibere nos eruci divinum honorem. Sicut illi locuti sunt, locutes est et ipse, exemplo Christi Salvatoris, qui diabolus potenti se adorari, divino utique honore, respondit: *Vade, Satana!* scriptum est enim: *Dominus Deum tuum, solum videlicet, adorabis*. Scimus beatum Thomam crucis Christi tribuere adoracionem latram, sed velle omnes ad eum arcetare sentiam, nemis rigidum fore. Ut enim densus cum quibusdam, eam ab aliorum sentientia verbis tantum distare, hoc tamen non omnibus persuasum esse, scripta eorum, quibus eam oppugnant, manifestant. Itaque alii placent imaginis crucis cum synodo VII exhibere salutationem et honorarium adorationem, non tamen, secundum fidem nostram, veram latram. A qua sentientia revera non dissidere Thomam declarant verba quae in cap. 44 ad Hebreos, ubi explicit Jacob adorasse fastigium virginis Joseph: *Adoravit*, inquit, *Christum signatum per virgam illam*, sicut et nos adoramus crucifixum et erucem ratione Christi passi in ipsa. Unde propriè non adoramus erucem, sed Christum crucifixum in ipsa. Hac Joan. Molanus, in Admonitione à nobis supra relatâ in not. ad cap. 8, v. 50,

habetur apud vetustissimos Christianos venerationem haec crucis figura, ut eâ se in omnibus actionibus signarent, eam etiam sc̄pē utiliter adversus malorum daemonum terrorem opponerent? Quod Lactantius, Tertullianus, Nazianzenus, Basilius, alii sacrarum rerum scriptores antiquissimi testatum reliquerunt. Sed pugnamus.

VENS. 29. — ASIT A NOBIS REBELLARE DOMINO, ET DEFICAT, etc. Conclusio est, continens inflectionem crimini, pro ea ratione quā fuerat objectum. Neque verò simplicem inficiacionem, sed quādā, ut sic dicam, detestatione affirmata. Vocabulum enim נֶגֶל, quod profanæ et impura rei notionem habet, tūm usurpatur, eam rem diram atque atrocem abominatur. Dativus, נֶגֶל, oitosus est, ut sc̄pē. Kimhi tamez illud, נֶגֶל, pro quo nos diximus, à nobis, interpretatur, nostrā causā. Putat enim hoc illi esse responsum, quod allegati dixerant: *Ne rebelles sitis nobis*, ac si respondeant nunc isti: Absit, ut rebelles simus Domino, non vestrā modō grātia, ne vobis dissentimus, verū nostrā causā, quibus ea res perniciem esset allatura maximam. Sed hoc illi nimis arguit. Neque ea est verbi נֶגֶל vis atque notio. Ara autem Domini, que erat ante tabernaculum ipsius, nominatim dicitur, quia in eā sola fas erat sacrificare. Erat autem ea constructa ex lignis Setim obductis, ut est in Exodo scriptum. Illud tamen intelligi debet etiam de illis aris, que cū res posceret, אֲשֶׁר־תַּדְבֵּר, ex terra, aut rudibus lapidibus substructurebantur, sed presente sacrario Dei, veluti in monte Ibleb. Est autem sacrarū litteris testata res, prater aram ad cruenter victimas comparatam, de quā solē hic mentio est, alteram existit intus in tabernaculo, etiam ipsam ex lignis Setim constructam, sed auro puro incrustatam. Philo Judæus quoque in libro de Sacrificiis, postquam disseruit, magis oblectari Deum animi cultu, quā cuiusvis pretii sacrificiis, scribit in hanc sententiam: *Declarat, inquit, hoc ipsum lex, que duas aras, et materie, et loco, et usu diversas construi jussit, alteram ex selectis lapidibus, sed rudibus et impolitis, quae sub dio statuebatur, quā prodibatur ē templo, erucentis serviebat sacrificiis; alteram ex auro, que locabatur in ipso adyto, intrā velum prius, nulli hominum, nisi solisacerdotibus, iisque sancti et puris, aspectabilis; ac utebantur duxata ad odores adhibendos ad Deum. Manifestum ergo est, paulum thuri, si vir integer offerat, pluris*

feri à Deo quam mille pecudes, quas non admodum probus aliquis sacrificet. » Haec, et plura in eam sententiam illie Philo, que elegantiū certe ab illi disputatur explicantur, quādā ad sacra litteras congruentius. Sed erat, opinor, illā tempestate, quā umbras legis ab exortā super Evangelii luce sensim minuelat, idem sacri ordinis viris mos (fuit enim Philo sacerdos) qui jampridem nostris sacerdotibus, ut mirū recordari quibusvis potius, quām quis sui ipsorum muieris propria essent, studiis incurberent.

VENS. 30. — Igitur CUM AUDIRET PHINEAS SACERDOTES, ET MAGNATES CORTE, etc. Jam audivimus, quām ingenio, quām probabilitate se excusaverint rei. Adversi ergo tam justam fratrum suorum defensionem non esse morosis instantibus taverunt allegati. Igitur nos quoque, hoc exemplo moniti, si qua proximum nostrorum facta dictave suspiciosi nobis visa sunt, labefactationes idoneas et probables admittamus, neque pertinacis contentionibus crimen urgēamus. Nullum enim, non solum in religionis causa, sed in omnibus républicis partibus, hominum genus perniciens est, atque illorum, qui suo iudicio tantum tribunt, at ab eo nullius hominis oratione, sive doctori, sive meliori, abducunt patientes, sed quidvis potius conquerunt, carpunt, arripiunt, quādā ut se suā opinatione falsos huius confiteantur. Atqui sc̄pē fit ut quos vel meritisimō reprehendimus, eos, si se excusantes blandi audiamus, nos trāquem conscientiam veluti redargiri patiāmus, illi deinde ultr̄ ab suo errore in viam se recipiant, seque corrigit ipsi, quos si amarulent culpare non desistimus, sed acris aliis atque aliis indicis pressissemus, nostra importunitate a proborum consortio abalienati, ex uno vitio in aliud atque aliud, et tandem ad omnem improbatatem se contulissent.

VENS. 31. — HOBE INTELLIGINTIS DOMINUM INTER NOSESE, etc. Christus apud Mattheum inīficē nos ad consensionem animorum cohortans, eam quā de verā religione et cultu Dei est (hoc enim est congregari eis nomine) pollicetur Patrem coelestem omnia concessurum eorum precibus, qui illam coluerint, se verò perpetuō inter ipsos medium affore. Recit ergo colligunt allegati, Jehovah, hoc est, Dominum Deum, apud Israelitas praesentem adiutum, quia religiosus consensus adiutus ab ipsis cultur. Si verò existimare malis, id Phineas diceret, ex eo intelligi, Deum adesse Israelitū, quia ipsi nondūm peccarint, non pugnabo.

Certum enim est, mortales in omne vilium precipitare, cū primū Dei tutelā destituantur, neque ejus adjutrice manū tangūm retinentur. Et solent sacre litterae tum praesentem statuere Deum, quando perspicet opem fert nostris rebus, absentem verō fingeret, quoties nos nostrae permittit imbecillitatē. Particula, Φίνεος, vel pronominis loci est, quasi dicas, eo ipso, vel cā re, nimis, qui non fuistis rebelles, vel vim vocis οὐαστέται; habet, ut ξεῖ, apud Graecos, significative, πλάνη, κέρδη, ομοιός. Pertinet autem hec clausula versiculi, ad tuendum illud quod initio dixerant allegati: *Certe accidet, ut dī vos hodiē rebellatis Domino, cras universo cœti Israelitico ille indigetur*. Nam absurdā est eorum sententia, qui opinantur, hoc ad faciendo belli consilium spectare, quod non potest non esse omnibus calamitosum, cū est estinatum. Non enim credibile est, illud Ecclesia propositum non esse prorsus ab allegatis dissimulatum, postquam excusationes tam justas atque legitimas audivissent.

VENS. 32. — VISQUE EST RES BONA ISRAELITI: GRATIASQUE EGENTUR, etc. Longè profectū aliam mens est, si modō mens elon̄ de mentia, inīfōrē dicitur, nostrorum επικράζον, quorum in omniā sacrarū historiarū monumenta vesanum odium, quā certē rudi vulgo ponit possunt, nullā causā, quantumvis justē dictā, placari potest, ut non prorsus illi eversa atque sublatā velint, tantum abest, ut res bona ipsi videantur. De verbo Τίτο, hoc est, *benedicere*, satis multa supera. Proponitur autem hic nobis memorable exemplum, ut meminerimus, fratrum nostrorum constantiam in religione, atque adeo sancta consilii omnia Deo accepta referre grato animo, qui unus suā benignissimā grātia hominū virtutisatem coeret, et benefacta tuerit. Et sanē, si angelī, quorum conditio longè supra humanam naturam est, adeo tamen nihil humanī à se alienum putant, ut mirificē gaudent, si hominū unum improbe vita penitentur, quām si hominīs noster stupor, si illorum nos salus nihil moveat, qui carna sanguinisque communione nobis sunt conjuncti? Gratias igitur semper agamus Deo, qui et nos ipsos, et proximos nostros coelesti suo Spiritu in via veritatis retinet, et si quando aberravimus, ut sanē aberramus sapissimè, clementer nos revocat atque reducit.

Et hoc in modo est.

VENS. 34. — CETERUM RUBENTILE ET GADUS NOMEN IMPOSUERUNT, etc. Existimant Rabbini, Salomon, Kimhi, Isaías, alii, præcisē ista

9. Et tunc auferet Dominus Deus in conspectu vestro gentes magnas et robustissimas, et nullus vobis resistere poterit.

10. Unus è vobis persecetur hostium mille viros, quia Dominus Deus vester pro vobis ipse pugnabit, sicut pollicitus est.

11. Hoc tantum diligentissimè praecavete, ut diligatis Dominum Deum vestrum.

12. Quod si volueritis gentium harum que inter vos habitant erroribus adhaerere, et cum eis misere commubia atque amicitias copulare,

13. Jam nunc sciote quòd Dominus Deus vester non eas delect ante faciem vestram, sed sint vobis in foveam ac laqueum, et offendiculum ex latere vestro, et sudes in oculis vestris, donec vos auferat atque disperdat de terrâ hâc optimâ quam tradidit vobis.

14. En ego hodiè ingredior viam universae terre, et toto animo cognoscetis quòd de omnibus verbis que se Dominus præstiratum vobis esse pollicitus est, unum non præterierit incassum.

15. Sicut ergo implevit opere quod promisit, et prospera cuncta venerunt, sic adduct super vos quicquid malorum ministratus est, donec vos auferat atque disperdat de terrâ hâc optimâ quam tradidit vobis,

16. Eò quòd præterieritis pactum Domini Dei vestri quod pepigit vobiscum, et servieritis diis alienis et adoraveritis eos; citò atque velociter consurget in vos furor Domini, et auferemini ab hac terra optimâ quam tradidit vobis.

TRANSLATIO EX HEBRAEO.

1. Factum porrò est, post multos dies, ex quo quieto esse dederat Dominus Israeli à suis hostibus circumquaque, cùm jā consenserent Josua, et admodum grandis natus esset: — 2. Ut convocaret Josua omnem Israelem, seniores ipsius, et primates ipsius, judicesque ipsius, et apparatores ipsius: dicentes ad ipsos: Ego sensui, et sum natus grandis. — 3. Vos verò vidistis omnia, que fecit Dominus Deus vester omnibus gentibus istis, coram vobis. Nam Dominus Deus vester ipse est, qui pugnat pro vobis. — 4. Vide, sortitus sunt vobis gentes istas reliquias, pro hereditate, per tribus

9. Et vobis que le Seigneur votre Dieu exterminera devant vous ces nations grandes et puissantes, et que nul ne pourra vous résister.

10. Un seul d'entre vous poursuivra mille ennemis, parce que le Seigneur votre Dieu combattrà lui-même pour vous, comme il l'a promis.

11. Seulement ayez soin sur toutes choses d'aimer le Seigneur votre Dieu.

12. Si vous voulez vous attacher aux erreurs de ces peuples qui demeurent parmi vous, et vous mêler avec eux par le lien du mariage et par une union d'amitié,

13. Sachez dès maintenant que le Seigneur votre Dieu ne les exterminera point devant vous, mais qu'ils deviendront à votre égard comme un piège, comme un filet, comme des pointes qui vous perceront les côtes et comme des épines dans vos yeux, jusqu'à ce qu'il vous enlève et vous extermine de cette terre excellente qu'il vous a donnée.

14. Je suis près d'entrer dans la voie de toute la terre, et vous devez considérer avec une parfaite reconnaissance que tout ce que le Seigneur avait promis de vous donner, est arrivé effectivement, sans qu'aucune de ses paroles soit restée nulle.

15. Comme donc Dieu a accompli tout ce qu'il vous avait promis, et que tout vous a réussi très-heureusement, ainsi il fera tomber sur vous tous les maux dont il vous a menacés, jusqu'à ce qu'il vous enlève et vous extermine de cette excellente terre qu'il vous a donnée, et qu'il vous fasse périr malheureusement,

16. Si vous violez l'alliance que le Seigneur votre Dieu a faite avec vous, si vous servez et adorez des dieux étrangers; car alors la fureur du Seigneur s'élevera tout d'un coup contre vous, et vous serez bientôt enlevés de cette terre qu'il vous a donnée.

esse dicta, deesse enim nomen יְהוָה plenèque sic scribenda esse: Et vocánt filii Ruben, et filii Gad, testem aram, quia testis est, etc. Atque ita reddidit hunc locum Chaldeus, ut certè habet meum exemplar manuscriptum. Sed Septuaginta longè diversam secuti sunt sententiam, sic enim explanant istum locum, quasi arat sit appellata ara Rubensis, et arat Caïsis, etc. Nos illam Iudeorum opinionem probamus quidem, verum id quoque dici posse existimamus, arat nomen non esse sacris verbis expressum, sed indicatum modò, id ejusmodi fuisse, quod suà notatione moneret, arat esse monumentum Israelitum, Jehovah pro vero Deo colli ab omnibus debere. Porrò ex eo quod hic scriptum est, quod Jehovah sit Deus, manifestum fit, in illâ jurandi formulâ, CAPUT XXII!

1. Evoluto autem multo tempore, postquam pacem dederat Dominus Israeli, subjectis in gyro nationibus universis et Josue jam longevo et persenilis aetatis,

2. Vocavit Josue omnem Israelem, majoresque natu, et principes ac ducis, et magistros, dixit ad eos: Ego sensui et progressoris aetatis sum:

3. Vosque cernitis omnia quae fecerit Dominus Deus vester cunctis per circuitum nationibus, quomodo pro vobis ipse pugnaverit;

4. Et nunc quia vobis sorte divisit omnem terram, ab orientali parte Jordanis usque ad mare magnum: multaque adhuc supersunt nationes;

5. Dominus Deus vester disperdet eas et auferet à facie vestrâ, et possidebitis terram, sicut vobis pollicitus est.

6. Tantum confortamini, et estote solliciti ut custodiatis cuncta quae scripta sunt in volumine legis Moysi, et non declinetis ab eis neque ad dexteram neque ad sinistram,

7. Ne postquam intraveritis ad gentes quae inter vos future sunt, juretis in nomine deorum earum, et serviatis eis et adoraretis illos;

8. Sed adhæreatis Domino Deo vestro, quod fecistis usque in diem hanc.

quam superius audivimus, istam dico, בָּנֵי יִשְׂרָאֵל nomen Elohim, Dei veri vocabulum fuisse, non angelorum, aut falsorum deorum, nedium principum. Est autem etiam hic rursus laudanda istarum tribuum sedula cura, ad prodendum deinceps posteris suis avitam religionem, et tuendum in perpetuum sacra à majoribus accepta, dum non satis habent, mole illâ ingenti veram divini cultûs aram representasse, illucque nepotum suorum animos per significacionem direxisse atque intendisse, sed tale insuper nomen imponunt, quod sua notatione totius theologie summam perpetuo omnium mentibus objectam refinat. Quienam Jehovah esse Deum recolit, is eum sibi ut Deum colendum statuit, eum audit, ejus deinde sanctissimo verbo obsequitur.

CHAPITRE XXIII.

1. Or long-temps après que le Seigneur eut donné la paix à Israël, et qu'il lui eut assujetti toutes les nations qui l'environnaient, Josué, étant déjà vieux et fort avancé en âge,

2. Fit assembler tout Israël, les anciens, les princes, les chefs et les magistrats, et leur dit: Je suis vieux, et mon âge est fort avancé.

3. Vous voyez tout ce que le Seigneur votre Dieu a fait devant vous à toutes les nations qui vous environnent, de quelle sorte il a lui-même combattu pour vous;

4. Et comment le Seigneur vous a partagé au sort toute cette terre, depuis la partie orientale du Jourdain jusqu'à la grande mer; et quoique plusieurs nations restent encore à vaincre,

5. Le Seigneur votre Dieu les exterminera dans la suite et les détruirà peu à peu devant vous, et vous posséderez un jour toute cette terre, selon qu'il vous l'a promis.

6. Fortifiez-vous seulement de plus en plus, et gardez avec grand soin tout ce qui est écrit dans le livre de la loi de Moïse, sans vous en détourner ni à droite ni à gauche.

7. Prenez garde de vous mêler parmi ces peuples qui se trouveront au milieu de vous, et de faire avec eux des alliances que le Seigneur vous a défendues, de peur que vous n'alliez jurer au nom de leurs dieux, et qu'il ne vous vienne dans l'esprit de les servir et de les adorer;

8. Mais attachez-vous au Seigneur votre Dieu, selon que vous l'avez fait jusqu'à cette heure,